[...]ssicent in psonali.igitur zc. Nec etiaz
[...] dixi ꝙ in reali coram laico litigandaz
[...] sita est.qm eadem rōne debet litigar
[...]ci.qa res sita est in sua dioces.igit
[...] uenditor.tenet expre[...]
[...]a uti sui declinator[...]
[...]b.glo.d.c.cl.ric[...]
[...]l opponens [...]r de fo
clericus [...]cu.in.d.
[...]t.et etiam [...]e non ad
[...]esia sius defensor p
[...]ergo [...] ꝙ possit re
[...]iuditio [...] petitor. Ex
[...]at principalis coram laico cleri
[...]uenditi non posset.etiam uolens.tamen ut
[...]or necessarius in dicto iudicio corā laico sta
[...]erit.allegat.d.l.filius fa.§.ueterani.et qa di
[...]na causa.l.ꝙ stipendia.C.de procur.l.u.§.in
[...]is.ff.qū appel.sit. Mihi aūt uidetur prima
[...]ictio Ange.quam facit in.d.§.ꝙ uulgo.nō
[...] in colonū uolente possit funda
[...]cū.in.d.l.i.C.ubi in rem ac.et ibi Bart. et
[...]l.sepe.in pe.colū.de re iu.ff.ubi ponunt.q.
[...]a lata con[...] iudicet dno.fa
[...] obtulit [...] Secundo
[...]d.l.uend[...] .in.d.§.ꝙ uulgo.et
[...] dicas aut iudicium
[...] fundatū contra empto
[...] tus et datus libellus cō
[...]ratur.C.de lit.contesta.z
[...] anteqz dicatur uel dici pos
[...] solicitur.cum glo.ff.de iu
[...] de iudi.et sic anteqz tela iudi
[...] cepta contra emptorē.l.p
[...].C.de iudi.emptor denunciauit
[...] Bart.C.de
[...]icatum
[...]gotisi
[...]sit
[...]iaz
[...]icq in
[...]esset
[...]at de
poterit iu
reducere
[...]i in rem
[...]t sic erat
[...]uel acto
[...]lice laico
[...]sarius
[...]ā ut
[...]aliquo
[...]dēn
[...]ob.
[...]ra

sollicitare cām et prospicere ne emptor aliquā defe
sionem obmittat et testes idu[...]
modo etiam instantia non no[...]
iudiciū fundetur in eo.[...]
Ange.d[...]
cto.et ibi[...]
q.uide Bda[...]
de ancha.[...]
ta.in §.xi.qu[...]
p.d.l.uenditor.de iud[...]
tatem renunciandi fo[...].nec ob.ꝙ a[...]
cōmodum et incōmodum.qa uez respec[...]
non rei principalis in iudiciu deducte cum cleric[...]
cam non possideat.et sic pōt in dicto iudicio corā
laico comparere et pstare emptori auctoritatem.z
sic opponere exceptionē ex psona propria ut sen
tit glo.l.i.c.clericus nullus. Sed pfatus do. Pe
t.i.d.c.ea que.allegat tex.in contrariū.in.l.iii. et ꝙ
in glo magna.in §.si autem contra emptorē.C.de
iure fis.li.x.ubi fiscus reuocat cām ad suum iudicē
sed fiscus.et ecclia equiperātur.l.si pcurator.cū
glo.ff.d iure fis.ergo et clericus siue ecclesia.et hoc
uidetur ibi sentire Bar.dum dictū textū allegat
fm istum intellectum ad.q.de consorte uel coniun
cto petente compromissum zc.de quo dixi.s. Sz
tamen propter hoc non recedo ab eo quod.s.dixi.
uidelicet ꝙ clericus non possit mutare iudiciū ad
iudicem ecclesiasticum.ut uidetur esse casus in.d.l.i
in fi.C.ubi in rem ac.nisi non mutet actor licet sit
alterius prouincie et sic habeat suū iudicē parti
cularem.unde dicas ꝙ in.d.l.iii.ideo ibi est fm di
ctam lecturam.qa aut dolo emptor aut gratia fis
ci res minori precio uendita fuit.unde ne alius sit
iudex fortio ipsius fisci.facit.l.seruo inuito.§.cū p
tor.ff.ad trebell.agatur coram [...]
causa coram iudice [...]
sicut fiscus uend[...]
tunc etiam [...]
uetur pign[...]
casus in.l.[...]
li.xi.sic etia[...]
dens pignus[...]
dium emptor.iste est tex.in.l.i.et ibi glo.C.si uen.pi
gno.aga.pterea emptor ibi conuenitur pter pre
ctum fisci.qa emit minori pcio.ergo non est mirum
si ibi agitur coram iudice fisci.in.q.nostra conueni
tur emptor et qlibet possessor iō coram suo iudice
causa uentilabitur.ut.d.l.uenditor.uel alla lectura
glo.non est uera ut ibi uoluit Bal. Quāuis an
fideiussor uel singularis successor possit opponere
exceptionē competētem suo auctori.uidēdum ē an
ipse possit opponere exceptiones sibi cōpetētes et
dic sine dubio ꝙ sic.l.si fideiussor.§.nō male.ff.mā
da.et.§.fideiussores.s.de fideiusso.l.inter eos.§.i.
ff.de fideius.cum si. Et aduertas ꝙ casu quo possz
opponere exceptionem aliquā competentē sibi uel
dicto reo principali et ipse sciat et nō opponat tūc
condemnatur et soluens non habet actionē māda
ti contra reū ad petendum pecuniā solutā. Quod
uerum si omisit aliquā exceptionē que tangat
[...] negocii.al's si omiserit aliquā exceptiōez

danni dati lib. 4. cap. 9.
cavallina, mulina, asinina, e porcina
da, legume, pergole, e frutti, arbori
horti, grotte, possessione pergola
da Marlo a Tintha
folignini dui

tre
al Podestà quando
il Giuramento si fa
cinque

1r

Volumina Statutorum, Seu Leges Municipales Communis hominum, ⁊ universitatis Castri Sancti felicis, vallis narci, Districtus Mag.ce Civitatis Spoleti.

1564

[illegible]

Carta pecora n.° 39

In Dei Nomine Amen Die p.ma Februarij 1763

Fidem facio & p.ntes et attestor Ego Infrasc.s Notarius, ad p.ns Cancellarius Comitis Cast.ri S.ti Felicis qualiter Infrata Capitola extraxi, et copiavi in publicas statutas seu reformationes Ill.mae Civitatis Spoleti ad tenorem seg.tis dicto &c. cum collatione concordare inveni salva sem.r &c.

Carolus Antonius Medeus de coff. Cast.ro &c. &c.

Capitolo XXVII Si dichiara, che il denaro soldo, e libra secondo che lo statuto dispone p. il pagam.to delle pene, sono dell' infrasc.tti prezzo secondo l'uso della moneta corrente cioè

Il denaro ogni tre d'essi, contengano un quattrino legale

Il Soldo e valutato quattrini quattro, e mezzo

La Libra e valutata baiocchi sedici &c.

Repertorium Primi Libri De Regimine

Intitulatio et nomina statutariorum cap.° — 1
Proemium cap.° — 2
Quando incipiantur vigere statuta et que statuta seruentur cap.° — 3
De electione Domini Potestatis cap.° — 4
De electione Dni Vicarij camerarij et consiliariorum cap.° — 5
De Juramento dominorum Potestatis et Vicarij cap.° — 6
De electione Notarij cap.° — 7
De electione bayuli Viarij adrationatorum et extimatorum cap.° — 8
De electione aduocati cois cap.° — 9
De electione custodum secretorum cap.° — 10
De electione capitanei cap.° — 11
De Juramento officialium cap.° — 12
De auctoritate Potestatis et Vicarij cap.° — 13
De arbitrio Potestatis et Vicarij cap.° — 14
De salario officialium et pena non acceptantis officium sibi datum cap.° — 15
De quibus officialis exerceat suum officium et quomodo possit substitui cap.° — 16
De officio Notarij et mercede scripturarum cap.° — 17
De assignatione librorum cois in fine officij cap.° — 18
De auctoritate Vicarij et consiliariorum cap.° — 19
De officio camerarij cap.° — 20
De officio Viarij et eius arbitrio cap.° — 21
De officio et auctoritate adrationatorum cap.° — 22
De officio bayuli et eius mercede cap.° — 23
De officio extimatorum et eorum mercede cap.° — 24
De officio aduocati cois cap.° — 25
De officio custodum secretorum et inquantum [illegible] cap.° — 26
De officio capitanei et eius arbitrio cap.° — 27
De electione terminatorum et eorum officio cap.° — 28
Quibus locis ius reddatur cap.° — 29
De [illegible] danda Dno Potestate et socijs cap.° — 30

Repertorium. Secundi. Libri. De Civilibus

De citationibus in civilibus causis cap.o 1
De modo capiendi tenutam cap.o 2
De solutione capitis sollidorum in civilibus causis cap.o 3
De bannimento fiendo de tenutis cap.o 4
Quod absens possit recuperare tenutam infra mensem cap.o 5
De modo vendendi tenutam cap.o 6
De modo adiudicandi tenutam actori cap.o 7
De citatione heredum mortuorum cap.o 8
De partitis capiendis et precepto fiendo cap.o 9
De modo et ordine procedendi in civilibus causis cap.o 10
De contestatione litis in civilibus causis cap.o 11
Quod non respondens positionibus sine articulis habeatur pro confesso 12
De executione publicorum instrumentorum cap.o 13
De precepto fiendo reo confesso et tenuta danda cap.o 14
De refectione expensarum cap.o 15
De modo capiendi hereditatem vel relictum cap.o 16
De fideiussoribus conservandis in dempnibus cap.o 17
De compromissis inter consanguineos et affines cap.o 18
Quod forensibus fiat ius summarium cap.o 19
Quod forenses [illegible] fideiussore vel deposito aliter non audiantur cap.o 20
De sequestris contra bona forensis cap.o 21
De testamentis fiendis tempore pestis cap.o 22
Quod nulla mulier possit contrahere sine consanguineis cap.o 23
Quod appellans a sententia [illegible] depositum cap.o 24
De [illegible] ad partitum cap.o 25
Quod minores non admictantur ad testimonium cap. 26
De petitione consilii sapientis cap. 27
Quod bona non reperta in catasto sint comunis dicti castri cap. 28
De pena arengantis plures vel extra locum depositum cap.o 29

Repertorium. Tertii. Libri. De Criminalibus

De citationibus in criminalibus causis cap.° 1
De citationibus forensium cap.° 2
De fideiussoribus dandis in criminalibus causis cap.° 3
De allegatione absentie cap.° 4
De beneficiis in criminalibus causis cap.° 5
De modo ferendi sententias in criminalibus causis cap.° 6
De diebus feriatis in criminalibus causis cap. 7
Quod processus non vitietur occasione sollempnitatum vel substantialium obmissarum cap. 8
De examinatione testium in criminalibus causis cap.° 9
De processibus et sententiis non repetendis cap.° 10
De examine mulierum in quibuscumque causis cap.° 11
De tempore procedendi in maleficiis cap. 12
De parte tangenti domino Potestati cap. 13
De penis duplicandis cap. 14
De pena blasfemantium deum et sanctos cap.° 15
De pena percutientis aliquem cum aliquo genere armorum cap. 16
De pena facientis insultum ut proicientis lapides, vel percutientis cum fructibus cap. 17
De electione Medici super cicatricibus et eius mercede cap.° 18
De pena percutientis cum calce vel pugno vel adminantis vel balistantis cap.° 19
Quod insultus confundatur in maleficio maiori cap.° 20
De hiis personis que excipiuntur a penis cap.° 21
De pena capientis vel impingentis, vel proicientis in terram aliquem, et dilaniantis pannos vel elevantis birretum de capite vel pannos mulieris cap. 22
De pena proicientis lapides vel alia, vel capientis per capillos vel lacerantis, vel evaginantis etc. 23
Quod offensus possit offendere offendentem cap.° 24
De pena facientis aliquam falsitatem cap. 25
De pena intrantis vel exeuntis nisi per portas ut ipsas aperientis cap.° [illegible]
De pena prestantis favorem in maleficiis cap. [illegible]
De pena reimproperantis mortem vel stuprum cap. 28
De pena destruentis arma ecclesie et alia cap. 29
De pena mutantis terminos vel abscondentis cap. 30
De pena occupantis vel turbantis possessionem communis vel alterius cap. 31
De verbis iniuriosis cap. 32
De pena receptantis exbanditos cap. 33
De pena non probantis accusam cap. 34
De modo procedendi de similibus ad similia cap. 35
De pena facientis conventiculam iuram vel rumorem cap. [illegible]
De minoribus quatuordecim annorum non condemnandis in totum cap.° [illegible]
De pena arengantis quod remittatur aliqua condemnatio vel faciens compositionem ante sententiam cap. [illegible]

3v

De pena vendentis vel ementis rem litigiosam cap.° —— 39
De pena petentis debitum solutum et opponentis contra pub.m instrum. cap.° —— 40
De pena negantis consanguinitatem vel possessionem alterius cap.° —— 42
De pena opponentis se iure, vel committentis aliquem offitium cap.° et recip. simonia —— 41
De pena guastantis murum vel portam eius vel alterius cap. —— 43
De pena capientis aliquam hereditatem sine licentia curie cap.° —— 44
De pena vendentium forensibus et solutione gabelle cap. —— 45
De pena frangentis pacem cap. —— 46
De pena invadentes vites vel arbores cap.° —— 47
De pena officialium dantium licentiam de tenutis cap. —— 48
Q. curia non possit confinare excusatione cap.° —— 49
De pena occidentium vel macagnantium bestiam alienam cap. —— 50
De pena forensium falciantium in montibus feni cap. —— 51
De pena ponentis toxicum cap.° —— 52

de pena repa...
...one offi...

Repertorium Quarti Libri De Damnis

Bestie reperte quibus assignentur custodiendae et de bestiis forensium repertis in territorio cap. — 1
Q. pastores forenses assignent socios qui teneantur pro eis cap.° —— 2
De pena colligentium uvas alienas cap.° —— 3
De pena d. d. personarum in horto et in aliis bonis cap. —— 4
De pena forensium lignantium cavantium subera et venantium et uccellantium c. 5
Q. custodibus accusanti cum iuramento creditur in decem sollidis cap. —— 6
De pena exparantis possessionem alienam cap.° —— 7
De pena damnum dantium cum pullis cap.° —— 8
De pena damnum dantium cum bestiis in grano ferguli et aliis bonis alienis cap. —— 9
De pena forensium pascolantium cum bestiis in territorio dicti castri cap. —— 10
De pena conducentis porcos extra castrum cap. —— 11
De pena pascolantis cum bestiis minutis in locis prohibitis cap. —— 12

Repertoriũ quinti Libri & Extraordinarys

De pena laborantium diebus festiuis cap.o — 1.
De pena non venientium ad arengham vel consilium cap.o — 2
De modo imponendi collam vel impresstatam et pena nõ soluentiũ in termina cap. — 3
Q laborator teneatur soluere collectas cap. — 4
De salario ambassiatorum et sergentium cap. — 5
De non tenendo apotechas versus ecclesiam sancti felicis cap.o — 6
De pena vindemiantis ante tempus cap.o — 7
De pena ludentis et receptantis lusores cap. — 8
De pena ludentis ad ludum rutule in dicto castro cap. — 9
De pena non comparentium ad testimoniũ cap. — 10.
De pena non facientis opus vel custodiam cap.o — 11
De pena non euntium ad scopertam vel ad alia loca p coe — 12
De pena non mensurantiũ et ponderantiũ cum mensuris et ponderibus iustis cap. — 13
De pena occidentis columbas alienas et facientis aliquid i columbario cap. — 14
De modo vendendi pignora cois et pena non vendentiũ cap. — 15
De modo terminandi poss.nes cũ consortibus et pena nõ acceptantis terminos cap. — 16
De pena desiccantis ligna in furno cois cap.o — 17
De pena camerarij post ponentis furnum cap.o — 18
De pena portantis statutũ vel aliũ librũ cois ex terr.m sine licentiã cap.o — 19
De pena camerarij non restituentis in termino sibi dato cap.o — 20
De pena non actantis viam et q liceat ire p poss.ne suam cap. — 21
De pena terminatorũ cois non terminantium in termino dato cap. — 22
De actatione vie montis et pena facientis igomoramentũ vel bestia mortuã ppe castrũ — [illegible]
Q custodes possint offendere forenses intrantes in dicto castro violenter cap. — 24
Q Montes fenorũ cois diuidantur et pena vicarij non diuidentis cap. — 25
De pena non soluentiũ costimũ et accostimantis pro forense cap. — 26
De pena non accatastantis possessionem cap. — 27
De Herbatico soluendo p forenses cap. — 28
De pena portantis arma ad bancum Juris vel ad palatium cap.o — 29
De pena [illegible] euntium extra castrũ post mortuũ cap.o — 30
De pena non mensurantiũ cũ mensuris cois et de solutione mensurarũ cap.o — 31
De pena non seruantis proferstum factam in coe cap. — 32
De pena deriuantis aquam, et facientis necessariũ scopertum cap. — 33
De media pertica muri fienda p vicarium cap. — 34
De pena tenentis arborem sup poss.nem alienam vel prope cap.o — [illegible]
De pena non facientis hortum cap. — [illegible]
De pena retinentis vltra duas bestias forinas cap.o — [illegible]
De pena forensiũ habitantiũ in dicto c.o vel eius districtu sine licentia cap.o — [illegible]

4

Tabula sive repertorium reformationum V

Contra retinentes ultra numerum 90 caprarum, et facientes ligna in silvis Com(mun)is asportandis extra territorium ad vendendum — C. 1

Cuilibet liceat tenere pro bestias caprinas, et pecudinas prout videbitur et in calendis mensis maij [illegible] — C. 2

De novo bussulo faciendo, et de extractione novorum officialium — C. 5

Contra incidentes in silva valli sive [illegible] vallis [illegible] — C. 6

Contra incidentes in silva grandi, et facientes calcarias — C. 7

Forenses incidentes in silvis Com(mun)is, et particularium [illegible] f. 14 — C. 8

Contra retinentes ultra b. pec. 60, et cap. 30 — C. 10

Contra forenses retinentes ultra b. b. 2 ad aratum in territorio — C. 10

Contra pascolantes b. pecudinas et caprinas citra flumen — C. 12

Quod non possint vendere bona Com(mun)is absque decreto Consilij [illegible] — C. 14

Vicarius teneatur enumerare b. minutas in fine sui officij — C. 16

Contra retinentes ultra b. pecudinas 60, et cap. 10 — C. 18

Denuntie mittende in Cancell(ari)a Criminali ad expensas [illegible] mittentium [illegible] — C. 19

Contra retinentes ultra b. pec. 90 et cap. 15 — C. 21

Contra retinentes b. pec. 60 et cap. 25 — C. 23

Contra [illegible] in territorio — C. 25

Contra pascolantes [illegible] citra [illegible] — C. 31

Riforma [illegible] pascolarsi in selva grande — C. 35

[illegible]

Riforma della tagliata di [illegible] — C. 3[illegible]

Riforma [illegible] — 71

Liber Primus. De Regimine.

In nomine Individue Trinitatis, Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, Amen.

Nomina statutariorum cap.o 1.

Hec sunt statuta sive leges municipales cois universitatis et hoium castri sancti felicis vallis narei districtus Mag.ce civitatis spoleti, facta composita, formata, compilata et ordinata per providos et discretos viros Jacobum philippu quon Matthie, Blondum quon sufferentis et Jacobum quon Johannis de dco castro homines electos in statutarios a, coe et universitate dicti castri ut de ipsoz electione sollemniter constat manu mei Notarij infraci inde rogati Ad compilandu, et de novo faciendu statuta, ordinamenta, ac leges municipales dicti castri p evidenti utilitate et commodo Hoium et personaru dicti castri. Tempore vicariatus Provide [illegible] Juliani quon Juliani hon.di vicarij dicti castri. Qui statutarij sic electi [illegible] mo [illegible] iure, cu [illegible] quibus melius atq salubrius potuerunt, fecerunt, compilaverunt statuerunt et ordinaverunt omnia et singula infracta capitula ordinamenta, statuta ac leges municipales prout inferius [illegible] scripta et publicata per me Permarcum Marinangeli de castro valli [illegible] Pub.m et dei gra aplica aucte not.m, Judicemq ordinarium, et nunc notariu et scribam a dicto comune et statutarijs pdictis electum noiatum et deputatu ad dca statuta faciendo [illegible] et publicanda, quoru statutoz atq legum capitula inferius denotantur.

Proemium cap.o 2.

Christi noie Invocato. Nos Jacobusphilippus Matthie, Blondus sufferentis, et Jacobus Johannis statutarij et reformatores predicti, considerantes q inter ceteras [illegible] iste gubernatur et regitur, nil preclarius, illustrius aut sanctius Justitia predicatur, [illegible] regna constituit firmavit gentes populos et nationes in uno vivere cohegit, et quicquid boni in hominu genere cernitur hinc substentatur, sine qua non solu ois civitas, terra, sive castrum licet parvus hoium cetus, parvaq familia stare potest, igitur sub illa gubernari optantes [illegible] castrum, eiusq personas. Hec statuta, hasq leges municipales compilamus, ac de novo facimus reformamus et ordinamus Ad honorem et reverentiam Omnipotentis dei, ac gloriosissime [illegible] semp virginis, sanctorumq Apostoloz Petri et Pauli, et gloriosoru Martiru felicis et [illegible] castri protectoru ac totius celestis curie triumphantis ac sanctissimi nri Pape, et rectori, gubernij spoletani, ac Mag.ce cois spoleti, et ad pacificu et tranquillu statu hoium et psonaru [illegible]. Amen.

Quando incipiantur vigere statuta et que statuta serventur cap.o 3.

Statuimus et ordinamus q hoc statutu et capitula in eo contenta sumant vires ac vigere incipiant In kalendis Mensis novembris pxime venturi Anni Mill.mi Quing.mi sexag.mi Quart Indictione septima. Inquantu ipsa statuta et contenta in eis non sint contra ecclesiasticam libertatem, constitutiones s.te Matris eccle, ac Jurisdictione cois spoleti qua habet in dco castro ex pactis sive transactionibus vigentibus inter ipsu coe spoleti et dictum castru [illegible] que quidem statuta seu aliquod ipsorum in quantum essent contra [illegible]

5v

q. ex nunc cassamus annullamus et omnino ac penitus irritamus, nulliusque valoris esse decernimus. Cetera
alia vigere incipiant ut sup(ra) atque durent donec per ipsum com(mun)e seu ab ipso habentibus auctem fuerint revo-
cata, Mandantes ab omnibus observari ad penas in ipsis statutis contentas et descriptas. Tollentes ex
nunc et cassantes omnia alia statuta sive reformationes hactenus (edita) sive factas, Hec autem per nos
facta habere volumus plenariam roboris firmitatem.

De electione domini Potestatis cap.o 4.

[L]audabilissime consuetudini, ac debito Juris ordini adherere volentes statuimus et ordinamus quod omnis
Potestas dicti castri qui veniet ad exercendum potestarie officium in dicto castro sit electus per potestatem electus
per generali arengha, com(mun)is spoleti, fidelis com(mun)is dicte civitatis et status eiusdem, de quibus per patentes literas
Mag.corum dominorum priorum dicte civitatis proprio sigillo com(mun)is spoleti munitas debeat apparere et constare
com(mun)i dicti castri. Et si quis Potestas aliter deputatus veniret ad dictum potestarie officium nullatenus admictatur
sive acceptetur, et eius officij administratione ac fienda per eum nullius valoris auctoritate presentis statuti esse
decernimus.

De electione domini vicarij camerarij et consiliarior(um) cap.o 5.

Vicarius dicti et eius socij consiliarij faciant breves in bombacinis in quibus sint scripta nomina vicariorum
maiorum viginti quinque annorum et nomina camerariorum et consiliariorum per illis temporibus quibus eis vide-
bitur et placebit, conserventurque apud vicarium qui pro tempore fuerit fideliter. quorum extractionem
quilibet vicarius in suo semestri faciat ad sortem quindecim dies ante calendas Mensis maij et quin-
decim dies ante calendas Mensis novembris, quibus brevibus finitis renoventur per vicarium et consilia-
rios pro tempore existentes ut sup(ra). Ordinantes quod in dictis brevibus adminus nominetur et imbussuletur
unus homo per quolibet foculare dicti castri. Et hunc ordinem servari volumus in posterum in dicto castro =
Ponanturque dicti breves in quadam bussula seu scatula lignea que fideliter conservetur per quemlibet novum
vicarium dicti castri ut supra. Volumus et quod officium vicariatus et camerariatus dicti castri non possit
nec valeat quoquo modo exerceri per substitutum nisi leg.ma causa precedente sive de voluntate
generalis arenghe com(mun)is dicti castri.

De Juramento Dominorum Potestatis et vicarij cap.o 6.

Potestas et vicarius dicti castri electi modo et ordine antedictis priusque incipiant eorum officium exercere,
jurent et jurare debeant in manibus vicarij dicti com(mun)is vel ipse vicarius in manibus vicarij sui proximi
predecessoris ad sancta dei evangelia scripturis corporaliter manu tactis dictum officium Potestarie et dictum
officium vicariatus facere, gerere et exercere bene legaliter et bona fide et sine fraude Remotis odio,
amore, timore, prece, precio, et omni alia humana gratia. Et com(mun)e dicti castri eiusque territorium et districtum
personas resque hominum dicti castri Jnstra, privilegia, Jura et Jurisdictiones dicti castri in bono et pacifico
statu manutenere, custodire, salvare, augere et diminuere, et toto eorum posse utilia dicti com(mun)is facere et
inutilia pretermittere, Nec non Jurent et Jurare debeant administrare omnibus petentibus coram eis Jus et
Justitiam Ratione ecclesijs, ecclesiasticis et religiosis, orphanis, viduis, pupillis, ac miserabilibus personis,
statuta et reformationes dicti castri facta et fienda integraliter observare. Credentias eis impositas seu
imponendas debito tempore retinere, et in preiudicium dicti com(mun)is nemini revelare, sed pro deo com(mun)e
utiliter consulere. Juramenta ac juraturo promictent a durante tempore eorum offi.cij non promictent. quod aliquis
dominus seu alia persona dicti castri habeat dominium seu balyam, nisi s.ta Romana ecclesia, et com(mun)e
Spoleti conventionibus, pactis aliis capitulis inter ipsa comunia factis et vigentibus semper salvis. Item
Jurare teneantur ac debeant et promictant compositionem aliquam non facere ante latam sententiam
de aliquo maleficio, culpa, sive delicto cum aliqua persona, et non permictere ullo modo quod aliqui

persone delinquenti remictatur aliqua condempnatio tollita vel in partem et non prorogare alicui terminum ad solvendum aliquam condempnationem, et non petere seu petiti facere ultra salarium sibi seu eis deputatum secundum formam presentium statutorum. Nec quod alicui conservetur aliquid de bonis dicti comunis in preiudicium eiusdem comunis, et aliquid non facere preter et contra formam presentium statutorum.

De electione Notarij cap.o 7.

Vicarius et consiliarij dicti comunis seu ipsorum Maior pars in quinque dies post principium eorum officij eligant unum Notarium pro semestri pro dicto comune ad eius officium exercendum cum salario sibi deputando per dictum comune. prout videbitur convenire et esse iustum.

De electione baiuli viarij et adrationatorum cap.o 8. et extimatorum.

Vicarius et consiliarij dicti comunis seu maior pars ipsorum eligere debeant intra tres dies post principium eorum officij unum bayulum dicti comunis minorem viginti unius anni. Et unum hominem in viarium dicti comunis. Et duos adrationatores sive syndicatores, et duos extimatores dampnorum datorum ad eorum officia exercenda prout eis permictitur ex forma presentium statutorum.

De electione advocati cap.o 9.

Vicarius et consiliarij dicti comunis seu maior pars ipsorum de mense novembris teneantur et debeant eligere unum Iudicem in advocatum dicti comunis pro uno anno super sententijs in civilibus et criminalibus causis ut curie dicti castri videbitur.

De electione custodum secretorum cap.o 10.

Quilibet vicarius dicti castri in suo semestri cum eius consiliarijs seu ipsorum pluribus in octo dies post principium eorum officij eligant quatuor custodes secretos ad ipsorum officium exercendum ut eis permictitur ex forma presentium statutorum.

De electione Capitanei cap.o 11.

Vicarius et consiliarij dicti castri in octo dies post principium eorum officij teneantur eligere unum hominem de dicto castro in Capitaneum et suprastitem operum et custodiarum fiendarum in dicto castro et eius Territorio et districtu.

De Iuramento officialium cap.o 12

Vicarius dicti castri qui erit in dicto castro teneatur et debeat iurari facere infra octo dies post eorum electionem si fuerint in dicto castro vel eius territorio omnes infrascriptos officiales videlicet Notarium, camerarium, viarium, adrationatores, extimatores, bayulum, capitaneum, custodes secretos, et terminatores dicti comunis eorum officium bene, recte, ac cum integritate fideliter exercere sacrosanctis scripturis manu tactis corporaliter, remotis ab eis et quolibet ipsorum odio, amore, timore, prece, pretio, et omni humana gratia.

De auctoritate Potestatis et vicarij cap.o 13.

Potestas et Vicarius dicti castri electi secundum formam presentium statutorum et quilibet ipsorum tam coniunctim quam divisim habeant Potestatem auctoritatem et baliam cognoscendi et procedendi in civilibus et criminalibus causis secundum formam Iuris et presentium statutorum dicti castri. Et omnia alia et singula facere gerere et exercere que eis et cuilibet ipsorum permictuntur secundum formam pactorum vigentium inter ipsum comune Spoleti, et dictum castrum. Possintque ac et teneantur stare et sedere ad solitum bancum Iuris ad iura reddendum totiens quotiens eis vel alicui ipsorum videbitur et placebit, et quotiens ipsi seu aliquis ipsorum fuerint requisiti.

De arbitrio Potestatis et Vicarij cap.o 14.

Cum cause cognitione Potestas et Vicarius dicti castri et quilibet ipsorum ratione eorum officij exercendi possint et valeant penam imponere et de facto exigere usque in quantitate decem solidorum denariorum a quolibet presto semel in die quolibet uni et eidem persone pro uno et eodem negocio semper causa cognita. Addendo quod in facto rumorum et brighe quilibet ipsorum possit et valeat cuilibet persone semel in die pro uno et eodem negocio penam imponere usque in duabus libris denariorum.

De salario officialium et de pena non acceptandi et exercendi off.m sibi dati cap.o 15.

Dominus Potestas dicti castri pro eius consueto et debito salario unius anni quadraginta libras den. a, coe dicti c. habeatur. Dnus Vicarius dicti castri pro quolibet semestri pro suo consueto salario libras decem den. a, dicti coe. Camerarius in quolibet semestri similiter libras decem den. Bajulus vero pro quolibet semestri libras duas et soldos duos den. quilibet vero consiliarius i semestri soldos decem den. Ultra predictum salarium non habeant, nec habere seu petere possint quoquo modo. Et si dictus vicarius ... dicti com.s bajulus et consiliarius vel quilibet ipsorum non acceptaverint et exercuerint officium sibi datum ipso facto incidat et puniatur pena veluti sui salarij ut supra deputati.

Quod quilibet officialis exerceat suum officium et quomodo possit substitui cap.o 16.

Quilibet officialis dicti cois electus secundum formam presentium statutorum Teneatur suum officium exercere, nisi haberet legitimam causam de qua stetur discretioni vicarij et consiliariorum dicti cois addentes quod ipse dnus vicarius et consiliarij seu maior pars ipsorum quotiens eis videbitur ex aliqua rationabili causa substituere possint quemcumque officialem loco primi electi et valeat ac teneat pleno iure et pro legitima electione habeatur.

De officio Notarij et mercede scripturarum cap.o 17.

Notarius electus secundum formam presentium statutorum Teneatur tempore sui officij scribere oes et singulas accusationes, denuntiationes et inquisitiones in libris et actis dicti cois In tribus quinternis In quorum uno scribat oes proventus de quibus Potestas debet habere medietatem, In alio scribat oes proventus dicti cois in medietate ad ipsum coe spectantes, ac etiam exitus cum assignatione cause. In alio tertio scribat oes actus civiles spectantes ad homines et personas dicti castri extensos, faciatque dictus Notarius alium quinternum in quo bene et extense scribat oes et singulos processus et causas criminales atque sententias factos et factas atque latas tempore sui officij. Teneatur et dictus notarius scribere oia Instrumenta et sindicatus, ceterasque scripturas spectantes et pertinentes ad coe dicti c. pro salario sibi deputato in sua electione, de alijs scripturis per eum fiendis in servitium specialium personarum recipiat infrascriptam solutionem videlicet pro citatione, relatione, et contumacia bolum unum pro com.ne termini cum relatione bolum unum pro productione Instrumenti vel aliarum scripturarum in Judicio bolum unum. pro quolibet teste examinato bolos duos. Pro qualibet Justa carta copie non publicate bolos duos et pro publicata bolos quatuor. et ultra predicta salaria et mercedes nil aliud seu plus recipiat ullo modo, de alijs vero scripturis que hic non fit mentio recipiat mercedem solitam et Justam et non ultra.

De Assignatione librorum cois in fine officij cap.o 18.

Vicarius et Notarius dicti cois et quilibet ipsorum Teneantur vinculo prestiti Juramenti In fine ipsorum officij dare per pub.m Inventarium omnes et singulos libros factos tempore ipsorum videlicet civilia et criminalium dare et consignare sigillatos sigillo dicti cois videlicet cam.o dicti castri In quibus si fuerint negligentes possint puniri arbitrio rationatorum et sindicatorum Tempore sindicatus.

De auctoritate vicarij et consiliariorum cap.o 19.

Vicarius et eius consiliarij seu maior pars ipsorum quotiens opus fuerit pro evidenti necessitate dicti cois possint et valeant Imponere et ordinare collectas, ac etiam Impresstantias in dicto castro Possintque fieri facere custodias, et opera necessaria pro dicto coe. Possintque et valeant mittere ambasciatores et sergentes prout temporum qualitas requiret, Possintque die noctuque adunare coadunare et congregare arenghas, adunantias et consilia et omnia alia facere que eis videbuntur ex forma presentium Statutorum et quicquid factum et ordinatum fuerit in predictis per ipsos vicarium et consiliarios ut supra valeat et teneat pleno Jure.

De officio camerarij cap.o 20.

Camerarius cois dicti castri cum [illegible] vicarij [illegible] presentis habeat auctem et Potestatem
recipiendi oem quantitatem [illegible] ad dictum coe quoquo mo teneatur
dictus cam.s scribi facere [illegible] dicti cois [illegible] et cetus dicti cois cu assignatione
[illegible]. [illegible] liceat de bonis et pecunijs dicti cois
expendere aut soluere vel prestare absque [illegible] licentia et consensu dni vicarij et maioris partis consilia-
riorum de quibus stetur sacramento vicarij et consiliariorum. Teneaturq dictus cam.s reddere rationem et
calculum facere de introitibus et exitibus suis totiens quotiens per vicarium et eius consiliarios aut ipsorum
maiorem partem fuerit requisitus. Et si contrafecerit in aliquo [illegible] possit puniri arbitrio adrationa-
torum tempore sindicatus, et Tenutas recipere possit pro coe dicti castri.

De officio viarij et eius arbitrio cap.o 21.

Viarius dicti cois Teneatur vinculo sui Juramenti totiens quotiens fuerit requisitus ab aliqua persona dicti
castri actari facere vias in dicto castro et eius Terr.o et districtu Jn Terminos viarum. Et possit Ratione
sui officij imponere penam cuilibet inobedienti duorum sollidorum pro qualibet precepto semel in die facto et de facto. De
quo mandato stetur relationi ipsius viarij et si fuerit negligens possit puniri arbitrio adrationatorum tempore
sindicatus ipsius viarij.

De officio et auctoritate adrationatorum cap.o 22.

Adrationatores siue sindicatores electi et deputati dicti cois possint et valeant, ac Teneantur et debeant
adrationare et sindicare omnes et singulos officiales dicti cois singulorum sex mensium tunc proxime decursorum
ut inferius in [illegible] capitulo denotatur. Nec non exequantur et ad manus camerarij dicti castri peruenire faciat
oes et singulas pecuniarum vel aliarum rerum quantitates a quibuscumque debentibus rationabiliter soluere aut
restituere dicto coi ex quacumque causa sumarie, simpliciter et de plano cu scriptura vel sine. Qui adra-
tionatores siue sindicatores faciant bandiri per bay.m dicti cois in locis debitis et consuetis dicti castri quod
quecumque persona deberet aliquid soluere vel restituere dicto coi det, soluat ac restituat cam.o dicti cois infra
quinque dies post ipsum bannimentum ad penam eorum arbitrij. forensibus vero si fuerint de valle narai dictum
bannimentum notificari faciant per baylulum dicti castri vel per officialem unde est talis forensis qui deberet
aliquid facere vel soluere in dicto coe de qua notificatione stetur scripture notarij dicti cois, vel relationi ipsius
bayuli nisi contrarium appareret. Teneanturque dicti sindicatores bandiri facere in locis predictis per dictum
bayulum. Et quicumque vellet aliquid dicere seu petere aut opponere contra aliquem officialem dicti castri sex
mensium proxime [illegible] aut de aliquo conqueri compareat coram eis infra quinque dies ad dicendum petendum
siue opponendum quicquid vult et potest verbo vel in scriptis, et [illegible] justitie complementum. Qui Sin-
dicatores habeant auctem [illegible] statuti plenariam potestatem, arbitrium et [illegible] de facto procedere et punire
quoscumque repertos culpabiles, debitores cois, occupatores bonorum dicti cois, [illegible] officiales, negligentes [illegible]
quantitatem viginti quinque librarum den. consideratis qualitate [illegible] et delinquentis [illegible] condicione rei
debite, et abinde infra [illegible] melius videbitur conuenire cu refectione damnorum et expensarum [illegible] lese.
A. debentibus soluere, et soluentibus aut restituentibus dicto coi aliquam pecunie quantitatem seu aliam rem
possint recipere pro eorum executione duos sollidos pro qualibet libra den. rei exacte et ad manus camerarij peruenire.
Penam aliquam preceptum siue condemnationem in totum vel in partem alicui persone [illegible] valeant relaxare,
seu remictere aut aliquam prorogationem seu saluumconductum facere. Et si forte fecerint duplum eorum proprio
soluere compellantur, per potestatem et vicarium dicti castri. Et dictum eorum officium terminare et finire teneantur
Infra mensem post habitum Juramentum, sub pena [illegible] Juramenti.

De officio Bayuli et eius mercede cap.o 23.

Bayulus dicti cois Teneatur facere oes et singulas citationes et relationes in ciuilibus et criminalibus
causis tam ad petitionem curie quam specialium personarum, Jn ciuilibus autem citationes facere possit [illegible]
ad petitionem specialium personarum sine aliqua commissione et valeat ac teneat pleno jure, [illegible] et

7v

Et bandimenta, sequestrationes, precepta, et executiones teneatur facere totiens quotiens sibi mandatum fuerit per curiam dicti castri. Teneaturque dictus bay.s ad requisitionem damnum passi inquisitionem facere quibuscumque damnis cum bestijs vel sine, et de his que invenerit executionem facere teneatur infra decem dies postquam invenerit pro quantitate in duplum, et si non fecerit de suo proprio solvere compellatur ad extimationem damni passi. Qui bay.s ut melius damnum dantes reperiri possit et valeat penam de facto imponere et exigere usque in quantitate quinque sollidorum. et eodem arbitrio uti possit in ceteris spectantibus ad eius officij administrationem secundum formam presentium statutorum. Possitque dictus bayulus juramentum deferre pro reperiendis damnis datis cuilibet persone de dicto castro et omnibus habitantibus in eo seu eius terr.o et districtu. De administratione eius officij stetur et credatur relationi ipsius bayuli, nisi contrarium appareret, et possit ac valeat sindicari et puniri tempore sindicatus. Et possit dictus bay.s recipere pro eius mercede pro qualibet bestia grossa reperta in damnis datis duos denarios pro qualibet bestia minuta unum denarium. In civilibus vero recipiat ab actore pro qualibet persona citata et relata coram curia quinque denarios pro qualibet tenuta duos sollidos et sex den. In criminalibus vero causis ab accusatore et accusato recipiat debitam mercedem ut curie videbitur convenire. Declarantes quod mercedem dicti bayuli pro bestijs repertis in damnis datis ipse bay.s recipiat a domino bestiarum ut supra refertum.

De off.o extimatorum et eorum mercede cap.o 24

Extimatores dicti comunis teneantur extimare omnia damna data tempore eorum officij intus terr.m dicti c.is totiens quotiens requisiti fuerint a damnum patienti infra quinque dies postquam requisiti fuerint sub pena quinque sollidorum pro qualibet ipsorum si negligens fuerit et qualibet vice, cum hoc quod damnum patiens qui requisierit dictos extimatores teneatur solvere dictis extimatoribus pro eorum mercede sollidos duos den. pro qualibet extima facta per eosdem si fuerit in possessionibus infra planum et si fuerit in cesis ut in montibus dicti castri quatuor sollidos den. pro qualibet extimatione et non ultra, et teneantur referre extimationem talem factam infra dictum terminum sub eadem pena, notario dicti comunis. et volumus quod damnum patiens debeat talem extimationem damni passi fieri facere per dictos extimatores infra decem dies post damnum receptum, et postmodum infra quinque dies post extimationem factam et relatam inquisitionem fieri facere per bay.m dicti c.is more solito de dicto damno passo et damnum dantes teneantur emendare damnum patienti juxta formam extimationis facte pro rata bestiarum repertarum in dicto damno, et si talem extimationem vel inquisitionem fieri non fecerit damnum patiens in dictis terminis nemo teneatur ad emendationem damni dati, nec aliquo modo cogi possit nec valeat.

De officio advocati comunis cap.o 25

De consilio et deliberatione advocati dicti comunis si habuerit dentur omnes sententie per potestatem sive vicarium dicti castri prout in tertio libro presentium statutorum sub cap.o de modo ferendi sententias latius continentur.

De officio custodum et in quantum credatur. cap.o 26.

Custodes secreti electi secundum formam presentium statutorum teneantur vinculo juramenti accusare et referre vicario sive notario dicti comunis omnes quos audient maledicere, adorare, vel addespicere deum aut beatam virginem mariam, aut aliquem sanctum vel sanctam dei, aut eos turpiter nominantes contra formam presentium statutorum, et omnes personas damnum dantes proprie vel cum bestijs. Et

Forenses dampnum dantes pasculantes lignantes seu falciantes vel alio contrafacientes in terr.o dicti castri ac et ludentes contra formam presentium statutorum, quorum relatione stetur usque in quantitate viginti soldorum sine aliquo teste. Forenses vero quolibet contrafacientes contra formam presentium statutorum accusare possint in quacumque quantitate et credatur eisdem sine aliquo teste.

De officio capitanei et eius arbitrio cap.o 27.

Capitaneus dicti com. electus secundum formam presentium statutorum teneatur fieri facere opera, et custodias dicti com. eo modo et forma, et in illis locis et temporibus quibus vicario et consiliarijs dicti com. melius videbitur convenire. Qui Capitaneus ratione sui officij exercendi possit penam imponere et de facto exigere cuilibet inobedienti usque in quantitatem decem sollidorum denariorum et non ultra.

De electione Terminatorum et eorum officio cap.o 28.

Vicarius et consiliarij dicti c.i teneantur eligere duos homines dicti castri in Terminatores dicti com. videlicet in calendis Mensis May, et in calendis mensis novembris. Qui Terminatores sic electi Teneantur et debeant Terminare omnes et singulas vias positas in d.o c.o et eius terr. et districtu. quando per curiam ipsius castri eis fuerit mandatum sub vinculo Juramenti et possint ac debeant sindicari et punire Tempore sindicatus per adrationatores dicti com. quorum electio fiat infra octo dies post principium officij d.ni vicarij dicti castri.

Quibus locis Jus reddatur cap.o 29.

Potestas et vicarius dicti castri et quilibet ipsorum possint et debeant stare et sedere ad bancum Juris ad Jura reddendum In Palatio com. dicti castri more solito et et apud portam dei et Juxta ecclesiam s.ti Sebastiani. Possintque Tempore pestis eligere et deputare bancum Juris ubi eis melius videbitur convenire, dummodo In terr.o dicti castri. Qui locus sic electus pro Juridico habeatur auctoritate presentis statuti.

De comestione danda D.no Potestati et socijs cap.o 30.

Vicarius et consiliarij dicti castri Teneantur et debeant dare d.no potestati de d.o c.o et eius socijs unam comestionem honestam sumptibus tamen dicti com. prout eisdem vicario et consiliarijs videbitur convenire quando d.nus d. Potestas venerit ad Jurandum officium in d.o c.o. Et si dicti vic.s et consiliarij vel eius in officio successores durante off.o potestarie talis ultra fecerint sumptibus et expensis ipsorum qui fecerint ire debeat omni exceptione remota.

Liber secundus. De civilibus

De citationibus in civilibus causis cap.o 1.

Citationes in civilibus causis fiant per barulum dicti com(munis) una die pro altera personaliter vel ad domum solite habitationis rei. Qui reus si in prima citatione non comparuerit ad petitionem actoris pecuniam pronunptietur contumax. Et iterum citetur modo predicto et refectione expensis rei. Et si non comparuerit in termino prime vel secunde citationis, ab inde imposterum actor mictatur in tenutam et corporalem possessionem bonorum rei primo mobilium si mobilia reperiuntur. alias stabilium in duplum pro quantitate principali, et pro expensis legiptime factis in causa, facta primo taxatione expensarum.

De Modo capiendi tenutam cap.o 2.

Quicunque actor petierit coram curia dicti castri se poni in tenutam et possessionem bonorum alicuius rei faciat citari reum una die pro altera personaliter vel domi eius solite habitationis ad videndum productionem petitionis et pronuptiationem fiendam contra ipsum reum. Et si non comparuerit in termino huiusmodi citationis, tunc curia dicti castri pronuptiet ipsum actorem fore mictendum in tenutam et corporalem possessionem bonorum dicti rei in duplum, dummodo dictus actor ante pronuptiationem tenute iuret ad sancta dei evangelia quod id quod petit animo calumpnie non petit, sed quod debitum est verax, et quod non est sibi in aliquo satisfactum. Et statim ipsa pronuptiatione facta commictat bayulo dicti com(munis) quatenus vadat et mictat actorem in tenutam et corporalem possessionem bonorum talis rei pro quantitate principali, et pro expensis legiptimis factis in causa in duplum et quod capiat ipsi reo personaliter vel domi eius solite habitationis quatenus infra decem dies tunc proxime futuros, et peremptorie debeat ipsam tenutam recolligere. Et si reus comparuerit in aliquo terminorum predictorum ante omnia reficiat actori omnes expensas legiptimas factas si petitum fuerit. alias non audiatur, de quibus expensis stetur declarationi domini Pot(estatis) vicarii vel notarii dicti castri

De solutione capitum soutorum (?) in civilibus causis cap.o 3.

Quicunque actor ageret contra aliquem et pervenerit ad pronuptiationem tenute, ante ipsam pronuptiationem tenute in civilibus causis solvat cam(erario) dicti com(munis) quatuor denarios pro qualibet libra rei petite, alias datio ipsius tenute non valeat ullo modo.

De bannimento fiendo de tenutis cap.o 4.

Potestas sive vicarius dicti castri ad petitionem actoris eodem die quo aliquem actorem poni fecerit in corporalem possessionem bonorum alicuius rei ex quacunque causa faciat banniri per bayulum dicti com(munis) in locis publicis et consuetis dicti castri, quod quicunque vult agere dicere ius habere in dictis bonis compareat legiptime infra decem dies proxime subsecuturos coram curia dicti castri ad ostendendum de iure suo, et recepturus iustitie complimentum. Et abinde imposterum non audiatur. De quo bannimento debeat constare in actis curie dicti castri.

Quod absens possit recuperare tenutam infra mensem cap.o 5.

Absens a territorio et districtu spoletano ante primam citationem de eo factam in civilibus causis possit tenutam sibi captam recolligere infra mensem post ipsam tenutam datam et sua contumacia purgare.

De modo vendendi tenutam cap.o 6

Si quis contumax in decem dies sibi datis ad recolligendum tenutam, et absens infra mensem secundum formam presentium statutorum ipsam tenutam non recolligerit et suam contumaciam purgaverit, tunc Potestas sive vicarius dicti castri ad petitionem actoris ipsam tenutam banniri faciat bis in loco ubi ius redditur in dicto castro publice palam et alta voce diversis diebus, cum spatio trium dierum pro quolibet bannimento. Et plus offerenti vendatur per ipsum actorem cum auctoritate curie que venditio valeat et teneat pleno iure et habeatur pro sententia diffinitiva.

De modo adiudicandi tenutam actori cap.o 7.

Si aliquis non comparuerit in aliquo termino bannimentorum emanatorum ex parte curie de vendendo
aliquam tenutam, qui ipsam tenutam emere voluerit. Tunc dominus Potestas sive Vicarius dicti
castri eligat duos extimatores de dicto castro. qui iurent ad sancta dei evangelia scripturis
corporaliter manu tactis In manibus ipsius domini Potestatis sive Vicarii aut Notarii dicti castri
extimationem huiusmodi Tenute facere bona fide et sine fraude semper compensando in aliis
vendictionibus que fiunt in contrada. qua extimatione facta et curie relata per curiam dicti castri
detur huiusmodi Tenuta actori In solutum et pagamentum, et sibi adiudicetur ex secundo decreto pro quanti-
tate principali, et pro expensis legitime factis in causa, facta primo taxatione expensarum.

De citatione heredum mortuorum cap.o 8.

Quando fit citatio in civilibus causis heredum mortuorum servetur et servari debeat forma que
servatur in viventibus secundum formam capitulorum presentium statutorum loquentium de civilibus causis.
Volentes quod si in prima citatione nemo comparuerit, tunc fiat bannimentum ex parte curie ad
petitionem actoris per baiulum dicti comunis in loco ubi ius redditur in dicto castro publice palam et
alta voce quod infra quinque dies tunc proxime venturos, et peremptorie compareat coram curia dicti
castri quicumque vult esse heres et bonorum defensor hereditatis talis defuncti. Et si in dicto termino
nemo comparuerit ad predicta processus postea factus contra dictos heres valeat et teneat pleno iure

De partitis capiendis et precepto fiendo reo cap.o 9

Turpe fore censemus non iurare vel ius iurandum non referre. Ideo statuimus et ordinamus quod
quandocumque actor voluerit stare sacramento rei de aliqua pecunie quantitate vel alia re
mobili vel immobili cuiuscumque quantitatis vel valoris sibi debenda Reus teneatur iurare
vel ius iurandum referre actori, alias recusans iurare super ipso partito statim habeatur pro
confesso et convicto, ac testibus supato de omnibus et singulis in dicto partito contentis. et
fiat dicto tali nolenti iurare preceptum de dando vel solvendo prout de partis adverse processerit
voluntate, et sicuti ipsi curie melius videbitur convenire.

De modo et ordine procedendi in civilibus causis cap.o 10.

Pro aliqua civili causa coram curia dicti castri quicumque fuerit citatus et comparuerit in cita-
tionis termino, et non confitebitur se debitorem esse, tunc actor si vult agere contra reum
det libellum curie et copiam parti suis expensis, et data copia parti detur terminus ipsi reo
quinque dierum utilium proxime futurorum, et peremptorie ad opponendum contra dictum libellum
quicquid vult et potest et partibus ad comparendum in dicto termino. Et si infra dictum
terminum non opposuerit contra ipsum libellum. Tunc dictus reus habeatur pro confesso et convicto
de singulis in dicto libello contentis. Et cogatur per curiam ad petitionem actoris ad faciendum
et satisfaciendum contenta in dicto libello. Si vero comparuerit ipse reus in dicto termino
et suas exceptiones produxerit. Tunc detur terminus ipsi actori quinque dierum utilium tunc proxime
venturorum ad accipiendum copiam ipsarum exceptionum et replicandum contra eas. Et partibus
ad comparendum in dicto termino. Et si actor non comparuerit in dicto termino, et suas
replicationes non produxerit, Tunce reus pro absolutus habeatur de singulis contra ipsum
petitis. Et si actor comparuerit, et suas replicationes produxerit, detur terminus ipsi reo
ad triplicandum contra dictas replicationes trium dierum utilium proxime venturorum et partibus
ad comparendum in termino. Et abinde imposterum non replicetur vel triplicetur, [illegible]

quatrublicetur magis. Sed utriq parti detur terminus quinq dierũ utiliũ ad opponendũ et articuland quilibz de iure suo. Et ad petitionẽ cuiuslibz partis petentis pcedatur ad contestationem litis, et Juramentum calumpnie ut Juris fuerit. Et postq fuerit lix contestata et Juramentũ calumpnie partibus prestitum, sup ipsa questione curia dicti castri statuat terminũ octo dierũ utilium utriq parti, et peremptoriẽ ad pbandũ et pbatũ habendum de ipsorũ et cuiusq ipsorũ Jure. quibus terminis elapsis citetur pars ad petitionẽ petentis ad uidendũ apertura et publicationẽ testium, et attestationes dictorũ testiũ, quibus terminis elapsis curia dicti castri infra decem dies utiles pnũptiare debeat partibus volentibus vel nolentibus sine aliqua alia ipsarũ partiũ petitione.

De contestatione litis in ciuilibus causis cap.º 11.

Fiat litis contestatio Jn ciuilibus causis hoc modo libz q actor affirmet vera eẽ que in libello suo continentur reus vero neget, et actor offerat se pbaturũ negata et petita.

Q non respondens positionibus siue articulis habeatur p confesso cap.º 12.

Quicũq in ciuilibus causis coram curia dicti castri recusauerit respondere positionibus siue articulis statim habeatur pro confesso et cõuicto de omnibus et singulis in dictis positionibus et articulis cõtẽtis.

De executione publicorum Jnstrumentorum cap.º 13.

Jnstrumentis publicis non uitiatis, seu in aliqua parte suspectis de iure fauere Justũ esse cẽsemus. Et Jdeo statuimus et ordinamus q quicunq produxerit contra aliqua persona coram curia dicti castri laudũ vel sñtiam seu aliud publicũ Jnstrumentũ non vitiatũ aut de Jure in aliqua sui parte suspectũ. et ipsũ seu ipsam petet executioni mandari de soluendo vel faciendo ea que in ipso Jnstro continentur. Actor faciat citari reũ contra quem agere intendit. Cui reo comparenti vel domi eius solite habitationis p bayulum dicti cõis notificetur. detur terminus quinq dierum utilium pxime venturorũ et peremptoriẽ ad accipiendũ copia ipsius Jnstri et ad opponendũ contra ipsum instrumentũ oẽs suas exceptiones sibi pmissas ex forma pntium statutorũ libz falsitatis, quietationis, solutionis, ut usurarũ, Et si infra dictum terminũ pduxerit dictas exceptiones, vel aliqua dictarũ exceptionũ Juretur de veritate dicenda sup ipsis exceptionibus ab utraq parte. Et detur terminus sex dierum utiliũ tunc pxime venturorũ ad pbandũ dictas exceptiones. Quas si non pbauerit infra dictũ terminũ ab inde inposterũ non audiatur, neq aliquid admittatur contra dictum Jnstrumentum. Et si pduxerit et non pbauerit, elapso dicto termino. Potas siue vicarius dicti castri pnũptiet ipsũ Jnstrumentum fore executioni mandandum [illegible] de Jure videbitur conuenire, et executioni mandare. Et pcedatur contra ipsũ reum et eius bona ad voluntatem actoris, donec sibi de contentis in dco Jnstro integre fuerit satisfactũ. Pro qua satisfactione et obseruatione huiũ Jnstri. Potas siue vicarius possit pena inponere et de facto exigere ad petitionẽ partis p quolibz pcepto semel in die facto decẽ solidorũ den. a contrafaciente.

De precepto fiendo reo confesso et tenuta danda cap.º 14.

Reo confesso corã curia dicti castri ad petitionẽ actoris fiat preceptũ de soluendo vel faciendo confessata infra octo dies pxime venturos cũ refectione expensarũ legitimarũ pena quinq solidorũ p quolibet die quo steterit in mora soluendi, elapsis dictis octo diebus, nisi steterit de voluntate actoris de quo sacramento actoris stetur [illegible] semel, in die et de facto possit imponere et exigere curia dicti castri. Et si actor voluerit ponatur in tenuta bonorũ talis rei. elapso dco termino ad voluntatẽ actoris pt in capitulo de tenuta danda loquente latius continetur. qua tenuta infra octo dies valeat [illegible]. Et primo satisfaciat actori confessata et expensas legitime factas In causa [illegible] arbitrio Potestatis vel vicarij dicti castri.

De refectione expensarum cap.° 15.

In singulis causis civilibus victus victori reficiat expensas legitimas factas Juramento calupnie p ipsum victum non obstante. quas taxare pro arbitrio possit Potas et vicarius dci castri.

De modo capiendi hereditatem vel relicti cap.° 16.

Ordinamus et statuimus q si aliquis petet coram Potestate vel vicario dicti castri Tenutam sibi dari alicuius hereditatis vel relicti. Citentur heres illius cuius fuit hereditas ac et possesores bonorum una die p altera. et si non comparuerit In termino ipsius citationis. citentur iterum una die p altera et peremptorie. Et si non comparuerit in aliquo dictorum terminoru, citentur iterum in loco ubi Jus redditur in dicto castro publice, palam, et alta voce, et elapsis omnibus predictis terminis. si aliquis no comparuerit actor ponatur in tenuta dicte hereditatis vel relicti.

De fideiussoribus conservandis in dempnibus cap.° 17.

Quicunq fideiubsent p aliqua persona vel aliquibus de faciendo aliquid vel solvendo. Teneatur et debeat solvere et facere quod pmisit. Super quibus Potestas vel vicarius dicti castri. Teneantur audire illum qui fideiubsent pro eo conservare indempne z dicta fideiubsione. Et si talis fideiubsor solverit aliquid p illa psona p qua fideiubsent, Principalis teneatur et debeat solvere restituere et satisfacere dicto tali fideiubsori omne quod dictus fideiubsor solvisset pro dicto principali omni exceptioni remota. Ad pena decem sollidoru p qualibz die qua steterit in mora post mandatum sibi factum. quod mandatu semel factum Intelligatur p qualibz die, Nec expediat mandari semel in die, dumodo ae primo et solo mandato constet in actis curie dicti castri

De Compromissis inter consanguineos et affines cap.° 18.

Turpius Inter consanguineos et affines litigare q inter ceteros esse censemus. Cupientes igitur consanguineos et affines inquantu possumus a litigijs removere. Statuimus et ordinamus q, quandocunq lix, questio, sive causa esset coram curia dicti castri inter aliquas personas attinentes inter se usq in tertium gradum consanguinitatis vel affinitatis inclusive sn Ius canonicu computando. Potestas sive vicarius ad petitione cuiuslibz partis petentis Teneatur cogere altera partem In unum vel duos eoz consanguineos ad compromictendu ipsam litem questionem sive causam alicui ipsaru partiu verisimiliter non suspectos, de qua suspectioni stetur discretioni Potestatis sive vicarij dicti castri de iure et de facto, et ad faciendu compromissu cum omnibus capitulis, necessarijs et oportunis, et cu adiectione pene ut curie videbitur convenire.

Q forensibus fiat Jus sumarium cap.° 19.

Potestas sive vicarius dicti castri forensibus fiant Jus sumariu contra personas dci castri constita de veritate sumarie, simpliciter et de plano, sine strepitu, et figura Iudicij sola facti veritate inspecta, diebus feriatis vel non feriatis, exceptionibus et cavillationibus quibuscuq penitus prostergatis, prout et sicut Dominis Potestati, sive vicario melius videbitur convenire, statuto aliquo incontrariu non obstante.

Q forenses dent fideiubsorem vel depositu alis non audiantur cap.° 20.

Quia forensibus ius sumarium administrari contra nostros castellanos supra mandavimus. equu videtur ut ipsi cautionem prestent nostris et castellanis. Ideo statuimus et ordinamus

Et si quis forensis non subiectus dicto comuni voluerit agere contra aliquam personam dicti castri. Teneatur et debeat prestare fideiussorem idoneum, sive fideiussores idoneos de dicto castro, de iudicio sisti, et iudicato solvendo. Vel saltem faciat depositum apud camerarium dicti castri in eadem quantitate quam petit, alias non audiatur. Addentes quod nullus forensis qui deberet solvere aliquam pecunie quantitatem in dicto com. ex quacunque ratione vel causa non audiatur civiliter vel criminaliter, nisi primo solverit cam.° dicti cois in pecunia numerata omnem pecunie quantitatem quam solvere teneretur.

De sequestris contra bona forensis cap.° 21.

Si quis forensis non subiectus iurisdictioni dicti castri deberet aliquid solvere seu facere alicui de dicto castro et eius bona mobilibus reperirentur apud aliquem de dicto castro. Potestas sive vicarius dicti castri delato primo corporali iuramento quod verum sit debitum. Teneatur ad petitionem nostri castellani apud talem habentem bona huiusmodi forensis, sequestrari facere ipsa bona per baiulum dicti cois vel per ipsum et mandare seu mandari facere quod huiusmodi bona alicui non restituat sine licentia talis actoris, et si senserit se gravatum compareat coram curia dicti castri infra tres dies de suo gravamine ostensurum. Si vero dictus forensis comparuerit quandocunque coram ipsa curia audiatur, prestita idonea cautione de dicto c.° de facto deposito apud camerarium dicti cois, et dicto tali forensi ius sumarium administretur.

De testamentis factis tempore pestis cap.° 22.

Quoniam iniquissima pestis suo tempore tolerem suadet fugam, et difficillimum est propter testium copiam invenire. Et propter invaliditas ultimas voluntates non vult scandala oriantur. Cupientes in hoc in quantum possumus salubriter providere. Statuimus et presenti lege ordinamus quod omnia et singula testamenta fienda in dicto castro et eius territorio et districtu per aliquam personam peste infirmam cum presentia quatuor testium fide dignorum vel saltim cum presentia alicuius sacerdotis et duorum testium fide dignorum valeant et teneant pleno iure, ac si facta essent coram septem testibus fide dignis, aliquo iure in contrarium faciente non obstante. Quod statutum mandamus perpetuo inviolabiliter observari. Et predicta intelligantur de his personis quibus a iure permittitur facere testamentum.

Quod nulla mulier possit testari vel contrahere sine consanguineis cap.° 23.

Nulla mulier in dicto castro vel eius districtu audeat vel presumat absque presentia et consensu sui viri si habeat et duorum proximiorum consanguineorum ex prima linea testari aut aliquem contractum facere cum aliqua vel aliquibus personis. Salvo quod si requisiti interesse noluerint. Tunc possit et valeat testari et omnem contractum facere pro libito voluntatis. Et instrumenta, testamenta sive alios contractus fienda et fiendos contra formam predictam invalida et invalidos decernimus auctoritate presentis statuti, quod tolli, aut suspendi non possit quoquo modo.

Quod appellans a laudo faciat depositum cap.° 24.

Litigantibus viam litigandi in quantum possumus cludere volentes. Statuimus quod si quis appellaverit seu provocaverit ab aliqua sententia sive laudo arbitrorum, vel recurrere voluerit ad arbitrium boni viri. Teneatur et debeat ad petitionem curie dicti castri sive partis petentis facere depositum effectualiter in pecunia numerata apud cam.^m dicti castri de eadem quantitate contenta in compromisso inter ipsas partes celebrato. Ut adveniente fine litis habilius dicta pena valeat exigi, et applicari cui competit applicanda ex forma dicti celebrati compromissi sub pena centum librarum den. si dictum depositum non fecerit ut supra.

De discordijs mictendis ad partitum cap.° 25.

Quoniam in iudicio [illegible] consistit quod melius est. Statuimus et ordinamus quod si fuerit aliqua discordia in consiglio dicti castri [illegible] existendis vicarius qui pro tempore fuerit teneatur illud mictere ad [illegible] et [illegible]. Et quod [illegible] erit per duas partes, et et duos homines ultra duas duas

Partes de hominibus dicti castri. Illud debeat sollempniter obtineri, et pro plena deliberatione habeatur. Et si vicarius contrafecerit pena decem librarum den. de facto puniatur tempore sindicatus.

Quod Minores non admictantur ad testimonium cap.° 26.

Minores quatuordecim annorum In aliqua causa civili testes esse non possint. Et eorum attestatio sit nullius valoris roboris vel momenti, secus autem in maleficijs ac maledictis, In quibus testificari et probare possint, et a testimonio minime repellantur.

De petitione consilij sapientis cap.° 27.

Ad omnia scandala litigantium evitanda. Statuimus et ordinamus quod in qualibet civili et criminali causa peti possit consilium sapientis suis expensis. Et curia dicti castri debeat cuilibet petenti admictere dictum consilium sapientis verisimiliter non suspecti alicui partium. de qua suspitione judicio curie relinquatur. Quod consilium debeat ipse petens In quinque dies a die petitionis et concessionis presentare curie, et si in dicto termino non presentaverit tunc dicta curia possit ad ulteriora actus sublecessive procedere.

Quod bona non reperta in catasto sint cois dicti castri cap.° 28.

Omnia et singula bona stabilia culta et inculta, rustica vel urbana que sunt In tenimento dicti Sancti Felicis de quibus a tribus annis citra a die approbationis presentium statutorum non fuerit soluta colta coi dicti castri Intelligantur et sint Jure proprio et in perpetuum dicti cois, auctoritate presentis statuti. quod suspendi aut tolli non possit. Et si tolleretur non valeat. Sed in sui roboris firmitate remaneat. Addentes quod quilibet habens terram non adcatastatam possit in anno a die approbationis presentium statutorum poni facere in suo catasto dummodo cum licentia dicti cois, et cum integra satisfactione collectarum temporum preteritorum. Et ab inde imposterum nullatenus audiatur. Sed remaneat ipso Jure coi dicti castri.

Quod vicarius possit cum licentia cois dare licentiam de bonis cois cap.° 29.

Ad conservationem hominum et personarum dicti castri. Statuimus et ordinamus quod vicarius dicti castri una cum voluntate cois dicti castri possit dare licentiam incommorandi de bonis ipsius cois de quibus licentiam dare non posset contra formam presentium statutorum.

De pena arengantis plures vel extra locum depositum cap.° 30.

De pena aregantis plures vel extra locum

In qualibet proposita proponenda In arengha dicti castri. quilibet possit semel tantum consulere, et arengare, dummodo vadat ad locum statuendum per vicarium dicti castri sive alterum officialem. et si quis dixerit plures vel non iverit ad locum statuendum utrusque puniatur pena decem solidorum den. de facto.

Liber. Tertius. De Criminalibus

De citationibus in criminalibus causis cap.o 1.

Statuimus et statuendo ordinamus q quilibz inquisitus, denu̅ptiatus, vel accusatus de aliquo malefitio, excessu vel delicto, seu maledicto requiratur et citetur de com.ne curie dicti castri, p bayulu̅ dicti co͠is personalit vel domi sue solite habitatio̅nis quat.s sequente die post citatio̅ne de ipso factam leg.me comparere debeat ad confitendu̅ vel negandu̅ contenta In Inquisitio̅ne sive accusa contra ipsu̅ facta vel data. Et si in Termino p̄me citationis non comparuerit, et se excusauerit, Citetur iteru̅ et p̄emptorie modo predic̄o, et si i aliquo Termino dictarum citatio̅num non comparuerit et se excusauerit. Ad inde imposteru̅ ponatur i bannu̅ Mandato potestatis vel vicarij dicti castri p bayulu̅ dicti co͠is, In ea quantitate qua veniret conde̅pnandus sm formam statutor̄ p̄ntium loquentiu̅ de tali malefitio vel delicto. In quo banno detur et assignetur Terminus sex dieru̅ tu̅c p̄xime venturoru̅ et peremptorie, Infra quem Terminu̅ possit et debeat leg.me comparere ad se excusandu̅ et defendendu̅ ab accusa, denu̅ptia̅ vel Inquisitio̅ne contra ipsu̅ data vel formata. Et si non comparuerit in dic̄o Termino et se excusauerit. Extunc et ab inde imposteru̅ habeatur pro confesso et conuicto, ac testibus superato de omnibus et singulis de quibus p̄ceditur co̅tra ipsum. Et eius contumacia habeatur p plena et sufficienti probatione. quod bannu̅ et banni Terminus semp notificetur p̄sonalit vel domi solite habitationis dc̄i talis inquisiti, denu̅ptiati vel accusati p bayulum dicti castri ead die qua ponitur in banno, vel sequenti die post bannum. Aliter non valeat quod ageretur. Et postea procedatur contra eum ad co̅dempnatio̅ne de malefitio vel delicto contento In Inquisitione vel accusa contra ipsu̅ data vel facta sm forma̅ p̄ntium statutoru̅ loquentiu̅ de tali malefitio vel delicto, et non de quantitate contenta in banno.

De citationibus forensium cap.o 2.

Forenses et qui non sunt subiecti Iurisdictioni dicti castri si fuerit de valle narri citentur semel personaliter vel domi eius solite habitatio̅nis p bayulu̅ dicti castri. Si uero fuerit aliunde q̄z de dicta valle citentur In loco ubi Ius redditur in dic̄o c.o pub.ce p̄ala, et alta voce bis. quarz citationu̅ ultima sit p̄emptoria. Et si non comparuerint in aliquo Termino dicta̅r citatio̅num ponantur in bannu̅ sm formam capituli loquentis de modo p̄cedendi in malefitijs co̅tra contumaces. quod bannu̅, nec terminus banni no̅ notificetur aliquibus forensibus, sed potius elapso Termino ipsius banni habeantur p confessis et conuictis de malefitijs de quibus p̄ceditur contra ipsos, ac testibus superatis. Et procedatur ad co̅dempnatio̅ne sm formam p̄ntium statutorum.

De fideiussoribus dandis in criminalibus causis cap.o 3

Accusati, denu̅ptiati vel inquisiti quicu̅q̄z et undecu̅q̄z in eor̄ et cuiusq̄z ipsoru̅ excusa et responsione teneantur et dare debeant bonos et Idoneos fideiussores de parendo mandatis curie dicti castri, et de soluendo omne̅ conde̅pnatio̅nem contra eos vel ipsor̄ alique̅ ferenda̅. qui fideiussores sint de hominibus dicti castri, et non aliunde, Et si fideiussores no̅ dederit ut supra non audiantur, sed procedatur contra eos tamq̄z contra contumaces.

De allegatione absentie cap.o 4.

Allegantj absentiam alicuius citati occ.ne alicuius civilis vel criminalis cause, et iuranti dictum

tale citatu fuisse absentem ante pma citationem de eo facta. Assignetur terminus quindecim dieru tunc pxime futuroru ad faciendu ipsum comparere. Infra quem terminu si no cofaruerit et se excusauerit, vel alius pro eo qui possit ipsum legitime excusare et defendere ab inde tpostez procedatur contra ipsum tamq contra contumacem.

De beneficijs in criminalibus causis cap.o 5.

Accusatus denuntiatus siue inquisitus de aliquo maleficio vel delicto et sponte confessus cora curia dicti castri ipsu maleficiu seu maleficia comisisse. Quarta parte pene qua soluere teneretur pro ipso maleficio volumus gaudere. que relaxetur dicto tali confitenti. Et si pacem produxerit quandocumq ante latam sntiam in publicam forma seu p testes fide dignos, Medietas pene ipsius residui qua soluere teneretur relaxetur et minuatur eid. Et si soluerit cum effectu ipsa condemnatione infra decem dies post sntiam contra ipsum latam quarta pars totius sue condemnationis relaxetur, et minuatur eidem. Et si non soluerit in dicto termino quarta parte plus totius sue condemnationis soluere teneatur. Addentes q ad blasfemias omnipotentis dei et gloriose virginis marie, dca beneficia non habeant locum nisi siquis sponte confessus fuerit blasfemia contra omnipotentem deum, et gloriosa virginem maria quarta pars pene qua soluere teneretur minuatur eidem.

De Modo ferendi sntias in criminalibus causis cap.o 6.

Statuimus et ordinamus q omnes et singule sntie dande p Potestatem siue vicariu dicti castri in criminalibus causis de consilio aduocati dicti castri si dictum consiliu petitu fuerit p inquisitum seu accusatum et deposuerit salarium debitu pro consultore. Nec non dentur et legantur In loco vbi ius redditur in dicto castro, et in consilio consiliarioru dicti castri. Ad quas sntias audiendas citentur hij quoru interest si erunt de dco castro, seu de valle narci Vna die p altera personalr vel domi solite eoru habitationis. Et semp exprimatur certa quantitas pene sm formam pntium statutoru. Et si late essent i maiori vel minori quantitate vltra vel preter seu contra formam pntium statutoru ipse sntie sint nulle, nulliusq valoris, efficacie, roboris vel momenti. Et nulla persona ad obseruatione teneatur. Addentes q, si dicti consiliarij requisiti essent absentes vel non interessent, vel interesse nollent. dicte sententie nullatenus vitientur nec dici possit de nullitate contra ipsas sntias.

De diebus feriatis in criminalibus causis cap.o 7.

Potestas et vicarius dicti castri, et quilibet ipsoru possint et valeant singulis diebus in maleficijs procedere. Exceptis Natiuitate dni nri Jhu xpi cu duobus diebus sequentibus. Epiphania dni, omnibus diebus dominicalibus, In festo pascatis resurrectionis domini cu duobus diebus sequentibus. festiuitate pascatis pentecostis cum duobus diebus sequentibus, Ascensione domini. In die veneris sancti. Et [illegible] festiuitatibus beate virginis marie condemnando et absoluendo et valeat, et teneat plenu iure.

Q processus no vitietur occ.ne sollemnitatu vel substantialium obmissaru cap.o 8.

Ad hoc ut maleficia non remaneat impunita. Statuimus et ordinamus q processus criminales facti et fiendi in dco castro per curia dicti castri non vitientur occ.ne alicuius sollemnitatis vel substantialitatis obmisse. dumodo constet de maleficio vel delicto.

De examinatione Testium in criminalibus causis cap.o 9.

Testes in criminalibus causis examinentur per Potestate siue vicariu dicti castri cu scriptura notarij dci [illegible]

Et postq uero testis testificatus fuerit super accusa, denunptia vel inquisitione. Notarius legat eidem Testi eius dictum p ordinem usq ad finem. Et dicat eidem testi si sic dixit, et dum Testis non possit sub breuitate scribi. Uz dixi vera esse contenta in dca accusa vel inqsitione sed dicat se tanti scire de contentis in dicta Inquisitione vel accusa cum redditione cause. Et si aliter fieret non valeat ipso Jure et dictum talis testis sit nullu et alicui persone obesse non possit nec debeat.

De processibus et sententijs non repetendis cap.o 10.

Potestas siue vicarius dicti castri non possint nec debeat super aliquo processu, accusa denunptia vel inquisitione de qua appareat lata sntia p ipsu Potestate siue vicariu. aut ipsoru in officio precessores sm formam pntium statutoru reiterare, seu reincipere i dictis sntijs aut aliqua ipsaru aliquid dicere seu petere ullo modo Jure vel causa, nisi esset de voluntate dicti comunis.

De examine mulierum in quibuscunq causis. cap.o 11.

Mulieres de dco castro examinande p curia dicti castri in ciuilibus vel criminalibus causis non possint examinari in aliquo loco absq pntia unius sui pximioris consanguinei quem nominauerit talis mulier, si interesse voluerit.

De tempore procedendi in maleficijs cap.o 12.

Statuimus et ordinamus q Dominus Potestas et vicarius dci castri et quilibz ipsoru possint procedere in maleficijs toto tempore eorum officij, et per sex menses ante principium eorum officij. Addentes q contra vendentes forensibus, et contra forenses ementes absq sollepni licentia dicti cois, procedere possit omni tempore, statuto aliquo non obstante.

De Parte spectante Domino Potestati cap.o 13.

Potestas dicti castri habeat medietate oium et singulaz quantitatu pecuniaru p ipsum exactaru de quibuscunq maleficijs, excessibus vel delictis et extraordinarijs, et tertia parte dannorum datorum quas peruenire fecerit ad manus camerarij dicti castri. Addentes q sntias criminales Juste et rite latas p eius medietate et p medietate cois possit et valeat exigere quandocunq.

De penis duplicandis cap.o 14.

Pene in criminalibus duplicentur delinquentibus Tempore noctis, et nox intelligatur post debitam et consuetam horam solitam pulsari campana ad aue maria. Jt in consilio vel arengha, et in pntia potestatis vel vicarij, ac et delinquentibus i festo s.ti felicis et similiter duplicentur offendentibus Potestate, vicarium seu notariu dicti castri, seu aliqua persona religiosam. ac et duplicentur pene forensibus offendentes castellanos dicti castri. que pene p simplicibus penis Intelligantur et possint duplicari sm forma pntium statutorum ut sup in pnti capitulo denotatur.

De pena blasfemantiu deum et sanctos cap.o 15.

Si quis blasfemauerit, maledixerit, adomptauerit, siue dispectauerit Deum, seu beatam virginem Mariam seu dixerit p la puetana de dio, vel della virgine Maria, seu blasfemauerit sanctu felicem aut sanctum Mauru In libris quinq den de facto puniatur.

Et sine aliquo processu. Si uero sanctum vel sanctam dei preter nominatos in quinquaginta sollidis den. et de facto, et sine aliqua diminutione puniatur. Et ad eamdem penam teneatur siquis dixerit per la potta de dio vel della virgine maria, vel per lu schiauellato dio, seu alia verba turpia his similibus dixerit contra deum vel virginem Mariam.

De pena percutientis aliquem cum aliquo genere armorum cap.o 16.

Nolentes uiam excessibus aperire, neque malefactoribus dare materiam delinquendi. Et ut malefactores et delinquentes debitis plectantur penis ut aliorum transeat in exemplum. Statuimus et ordinamus quod quicumque percusserit aliquam personam cum spada, pugione, cultella, seu cultello, falce, Mazza ferrea, vel ferrata, accepta, ronchia, Vangha, stimulo ferrato, stocco, runcio, daga, saggitta, quatralicto, lancea ferrata, caualocta ferrata, Martello ferreo, spontone, zappa ferrata, zappitto ferrato, pala ferrata, bidente vel piubarola, vel alijs armis ferreis vel ferratis non diffinitis in presenti statuto, vel aliquo eorum, et percussus ex ipsa percussione perdiderit nasum vel partem nasi manum vel pedem pro quolibet membro perdito in centum libris denariorum puniatur. Et simili pena puniatur si aliquod membrum debilitatum fuerit. vel si ex ipsa percussione cicatrix enormis, siue signum enorme in facie remanserit. Si uero cum dictis armis seu cum quacumque alia re si quis cocciam capitis fregerit In centum quinquaginta libris den. Si uero dentem perdiderit in quinquaginta libris pro quolibet dente perdito puniatur. Et si percusserit aliquam personam cum dictis armis, vel alijs non nominatis in presenti statuto, seu etiam cum bastone, bacculo, cipello, lapide, seu alijs armis his similibus non nominatis in presenti statuto a spatulis supra. si sanguis exiuerit in quinquaginta libris den. pro qualibet percussione puniatur. Si sanguis non exiuerit in medietate dicte pene puniatur. Si vero in spatulis seu a spatulis infra et sanguis exiuerit in uiginti quinque libris den. puniatur. Si sanguis non exiuerit in medietate dicte pene puniatur. Si uero ex ipsa percussione ossum aliquod fractum vel incisum, vel totaliter perditum, In centum libris den. pro quolibet osso inciso, seu fracto puniatur.

De pena facientis insultum et proicientis lapides, vel percutientis cum fructibus cap.o 17.

Quicumque fecerit insultum contra aliquam personam ad rem propriam vel conductam insultati, si cum armis in uiginti quinque libris den. puniatur. Si sine armis in medietate dicte pene puniatur. si vero alibi quam ad predicta loca cum armis in decem libris den. puniatur. Si sine armis in quinque libris den. puniatur. Et siquis proiecerit contra aliquam personam lapidem vel bastonem et non percusserit in decem libris den. puniatur. si vero aliquem fructum proiecerit et eum percusserit vel non percusserit cum aliquo genere fructuum et sine sanguine ad penam aliquam non teneatur, et de proiectione lapidum seu bastonum et his similium, ac et de proiectione fructuum, et de percussionibus factis cum eis sine sanguine nullatenus procedi possit per curiam dicti castri et si procederetur non valeat. dummodo Iniuriatus seu percussus Iuret ad iniuriam non recepisse. Si quis vero aliquem percusserit cum aliquo genere fructuum In quacumque corporis parte cum sanguine in quinque libris den. puniatur. Et predicta seruare teneantur Potestas et Vicarius dicti castri sub vinculo prestiti Iuramenti.

De electione Medici super cicatricibus et eius Mercede cap.o 18.

Cicatrices, signa enormia, ac membrorum debilitationes. Judicentur per unum bonum et expertum Medicum eligendum per vicarium et consiliarios dicti castri prestito sibi primo corporali juramento de fideliter judicando per vicarium dicti castri, Cuius Medici judicio. Volumus fidem credulam adhiberi. Et curia dicti castri non possit contra aliquam personam de predictis procedere, nisi primo dictum Judicium fuerit factum et declaratum ut supra Cui Medico solvatur pro eius mercede per dominum Potestatem per medietate, et pro reliqua per commune dicti castri et si aliter fieret non valeat ipso jure.

De pena percutientis cum calce vel pugno vel adminantis seu balistantis cap.o 19.

Percutiens aliquam personam cum alapa, calce, vel pugno in facie irato animo vel malo modo. Si sanguis exiverit In triginta libris denariorum puniatur pro vice qualibet et percussione. Si sanguis non exiverit in medietate dicte pene puniatur. Et si alibi quam in facie et sanguis exiverit in viginti libris denariorum puniatur. Si sanguis non exiverit in medietate dicte pene puniatur. Et si quis adminaverit cum quacumque re, seu manu vacua et non percusserit In quinquaginta sollidis denariorum puniatur. Et ad eandem penam quinquaginta sollidorum denariorum teneatur si quis contra aliquem saiectaverit et non percusserit.

Quod Insultus confundatur in maleficio maiori cap.o 20.

Si fieret aliquod maleficium cum insultu. Ex quo maleficio imponeretur maior pena quam de insultu. Tunc committens tale maleficium condemnetur de ipso maleficio. Et insultus qui penitus confundatur. Nec de ipso puniri possit quoquo modo.

De his personis que eximuntur a penis cap.o 21.

Potestas nec vicarius dicti castri possint aliquo modo procedere per inquisitionem ex eorum officio. Si percusserit pater filium vel filiam, Avus nepotem vel neptem carnalem, frater fratrem vel sororem Maritus uxorem, et cognatum carnalem, Patruus sive avunculus, nepotem vel neptem, Dominus servitorem suum, Magister discipulum et intelligatur sine armis ferreis vel ferratis, et sine perditione vel debilitatione Membri, et signo enormi in facie. Nec possint per inquisitionem procedere de aliquibus maleficiis seu delictis committendis inter ipsas personas vel alias attinentes inter se usque in secundum gradum consanguinitatis vel affinitatis ex quacumque linea Inclusive. Et per inquisitionem procederetur non valeat nisi in casibus antedictis. Et predicta servare teneantur Potestas et vicarius dicti castri sub virtute prestiti Juramenti.

De pena capientis vel impingentis, seu proicientis in terra aliquem. Et dilaniantis pannos vel elevantis birretum de capite, vel pannos mulieri cap.o 22.

Dilanians alicui pannos In persona, vel capiens aliquem per personam, seu proiciens aliquem in terram vel impingens aliquem. Ac etiam extrahens, alicui birretum, caputeum, vel cappellum de capite, seu elevans alicui mulieri pannos de capite In quadraginta sollidis denariorum puniatur. Nisi ludendo fecerit de quo stetur sacramento recipientis Injuriam. quo casu procedi non possit per curiam dicti castri. Et si procederetur non valeat. Et ludus non habeat locum quo ad mulieres, sed delinquens puniatur ut supra in quadraginta sollidis. Si vero quis proiecerit aliquem in terram et sanguis exiverit de capite vel facie In viginti quinque libris denariorum puniatur. Si vero aliunde quam de capite aut facie sanguis exiverit in In medietate dicte pene puniatur.

De pena proicientis Lapidem et alia, vel capientis per capillos, vel lanciantis vel evaginantis cap.o 23.

Proiciens lapidem, bastonem, cultellum, [illegible] vel aliud simile et non percusserit, vel evaginans contra aliquem aliquod genus armorum, vel capiens aliquem per capillos, seu lancians contra aliquem aliquod genus armorum In decem libris denariorum puniatur, pro qualibet [illegible] castri [illegible] intelligatur sine percussione.

Quod offensus possit offendere offendentem cap. 24.

Quilibet insultatus siue offensus tempore insultus et offensionis possit se impune defendere et offendere offendentem pro sua defensione. Dummodo defensio non excedat offensam.

De pena facientis aliquam falsitatem cap. 25.

Conficiens falsum instrumentum, vel aliud falsum committens. Vel falsum testimonium faciens seu dicens, aut falsum instrumentum seu testem producens in iudicio, In quolibet dictorum casuum In centum libris den. puniatur, et in emendatione damni damnum patienti in duplum.

De pena exeuntis vel intrantis nisi per portam et ipsam aperientis cap. 26.

Nulla persona de dicto castro vel aliunde audeat vel presumat introire siue exire in dicto castro, vel extra dictum castrum alibi quam per portam dicti castri. Et si quis contrafecerit In libris centum den. vice qualibet puniatur. Et ad eamdem penam volumus teneri si quis ausus fuerit aperire portam dicti castri aliquo ingenio nisi cum propria claue dicte porte.

De pena prestantis fauorem in maleficijs cap. 27.

Prestantes auxilium consilium siue fauorem alicui delinquenti in aliquo maleficio vel delicto puniantur eadem pena qua veniret puniendus talis delinquens. Ita quod delinquens et prestans auxilium consilium vel fauorem pari pena puniantur.

De pena reimproperantis mortem vel stuprum cap. 28.

Reimproperans alicui patris vel matris mortem vel adulterium siue stuprum seu alicuius coniuncti usque in secundum gradum consanguinitatis vel affinitatis inclusiue in viginti quinque libris den. puniatur.

De pena destruentis arma ecclesie et alia cap. 29.

Arma siue insignia sancte Romane ecclesie, siue domini nostri Pape vel alicuius cardinalis seu communis Spoleti, vel dicti castri. Si quis deguastauerit maculauerit seu deturpauerit In centum libris den. puniatur vice qualibet.

De pena mutantis terminos vel ascondentis cap. 30.

Terminum seu finem stantem ad diffinitionem alicuius rei, si quis extraxerit seu mutauerit vel abscondiderit contra voluntatem consortis In decem libris den. vice qualibet puniatur. et pro quolibet termino. Et ad probandum predicta sufficiat probatio duorum testium fidedignorum de publica voce et fama.

De pena occupantis vel turbantis possessionem communis vel alterius cap. 31.

Occupans inuadans siue molestans aliquam rem mobilem seu immobilem spectantem ad commune dicti castri seu possessionem alicuius de dicto castro, vel possessionem seu rem datam alicui in tenutam per curiam dicti castri. Vel laborans possessionem aliquam alienam absque requisitione consortis in viginti quinque libris den. vice qualibet puniatur In quolibet dictorum casuum. Addentes quod de turbata possessione non possit procedi nisi ad querelam seu accusam domini possessionis. Et si aliter fieret non valeat ipso iure.

De verbis Iniuriosis cap.o 32.

S[illegible] seu dicens contra aliquam personam aliqua verba iniuriosa quecunque [illegible] vel aliquod [illegible]rum ad iniuriam [illegible] in viginti sollidis den. [illegible] puniatur pro qualibet vice [illegible] et ad [illegible] revocet.

De pena receptantis exbanditos cap.o 33.

Exbanditos in persona Sancte Romane ecclesie vel cois Spoleti occasione homicidij, furti, rubbarie, violentie mulieris, ac incendij, vel quacunque alia causa, et notificatos cois dicti castri, ex parte [illegible] [illegible] officialis Sancte Romane ecclesie, vel cois Spoleti. si quis receptaverit vel absconderit in [illegible] [illegible] libris den. vice qualibet puniatur. Exbanditos vero dicti castri si quis receptaverit seu absconderit In decem libris den. vice qualibet puniatur et pro qualibet exbandito.

De pena non probantis accusam cap.o 34.

[illegible] aliquam personam de aliquo maleficio excesso vel delicto coram Curia dicti castri, ydoneos [illegible] [illegible] dicto castro prestare teneatur, de probando contenta in dicta accusa. Teneatur Jurare vera esse contenta in dicta accusa. [illegible] accusam probare teneatur Infra decem dies post excusationem accusati. quam si non probaverit puniatur eadem pena qua de Jure et ex formam pntium Statutorum talis accusatus veniret puniendus.

De modo procedendi de similibus ad similia cap.o 35.

[illegible] que non reperiuntur in pnti Statuto In maleficijs procedatur de similibus ad similia. [illegible] simile non reperiretur recurratur ad statuta cois Spoleti pro sexta parte pene contente In statutis [illegible] cois Spoleti loquentibus de tali maleficio vel delicto.

De pena facientis conventiculam Juram vel rumorem cap.o 36.

Nulla persona de dicto castro vel aliunde audeat vel presumat facere aliquam conventiculam hominum armatorum a decem supra, neque aliquis in ea conveniat in qua [illegible], sive [illegible], aut tractetur aliquid contra aliquam personam sive ab aliquo nominetur de aliquo statu, nisi de statu Sancte Romane ecclesie et Mag.ci cois Spoleti ad penam centum librarum den. Et ad eandem penam teneatur Si quis fecerit aliquam coniurationem sive Juram contra aliquam personam. Et ad predicta probanda sufficiat probatio [illegible] testium fide dignorum de publica voce et fama. Si quis vero fecerit [illegible] vel rumorem sine legitima causa in decem libris den. puniatur. Et si in festo sancti felicis si quis fecerit rumorem vel rixam In viginti quinque libris den. puniatur, et de facto et sine aliquo processu que pena duplicari possit secundum formam pntium statutorum.

De Minoribus quatuordecim annis non codempnandis in totum cap.o 37.

Minores quatuordecim annorum non possint condempnari de aliquo maleficio vel delicto nisi [illegible] [illegible] pene qua veniret condempnandus sm formam pntium Statutorum loquentium de tali Maleficio vel delicto de qua etate stetur Juramento patris vel matris si habuerit. Si autem non Juramento [illegible] consanguineorum talis minoris [illegible]. [illegible] hoc locum non habeat in forensibus et non [illegible] Jurisdictioni dicti castri.

De pena arenghantis quod remictatur aliqua codempnatio vel compositio faciat ante sntiam cap.o 38.

[illegible] presumat arenghare [illegible] vel consulere in aliquo consilio vel arengha dicti castri [illegible] aliqua [illegible] in totum vel in partem, seu terminus prorogetur [illegible] forma statutorum, vel [illegible] [illegible] in viginti quinque libris den. puniatur et ad eandem penam [illegible] si quis [illegible] aliqua cum aliquo officiale dicti castri ante [illegible] [illegible].

De pena vendentis vel ementis rem litigiosam cap.o 39.

Rem litigiosam seu [illegible] possessam si quis vendiderit seu emerit in decem libris den. puniatur. et ipsa venditio et emptio sit nullius [illegible] valoris vel momenti.

De pena petentis debitum solutum vel opponentis contra pub.m Instrum. cap.o 40.

Petens debitum solutum, seu opponens aliquam exceptionem in curia dicti castri contra aliquod pub.m instrumentum non vitiatum aut de iure suspectum, preter exceptionem falsitatis, solutionis, et [illegible] sive usurarum in decem libris den. vice qualibet et in quolibet dictorum casuum puniatur.

De pena opponentis se curie et corrumpentis aliquem officialem vel rec. simoniam et opponentis bay.o cap. 41.

Si quis opposuerit se contra Potestatem sive vicarium dicti castri volentes facere seu facientes aliquam executionem realiter vel personaliter In viginti quinque libris den. puniatur. Et in eandem penam incurrat si quis corruperit aliqua simonia aliquem officialem dicti castri propter quam eius officium impediatur. Et similem penam solvat qui receperit ipsam simoniam. Et ad probandum predicta sufficiat Iuramentum unius testis fide digni, vel quinque testium fide dignorum de publica voce et fama. Si quis vero opposuerit se bay.o dicti castri [illegible] [illegible] aliquam [illegible] seu aliam rem ad eius officium spectantem, seu pignus abstulerit in viginti solidis den. de facto puniatur.

De pena negantis consanguinitatem vel poss.nem alterius cap.o 42.

Paternitatem seu maternitatem aut filiationem notarium vel coniunctum. Vel si quis accusatus [illegible] citatus vel inquisitus coram curia dicti castri negaverit poss.nem pertinere ad [illegible] et accusator sive denuntiator probaverit poss.nem esse suam quilibet negans in quolibet casuum predictorum in decem libris den. vice qualibet puniatur.

De pena guastantis murum vel portam cois vel alterius cap.o 43.

Murum sive portam dicti castri, vel domus alicuius sive casaleni si quis destruxerit in toto vel in partem In viginti quinque libris den. puniatur. Et damnum emendet patienti in duplum, nisi fuerit de voluntate domini et patroni, de qua voluntate stetur fidei et sacramento ipsius domini vel patroni.

De pena capientis aliquam hereditatem sine licentia curie cap.o 44.

Auctoritate propria si quis presumpserit capere intrare seu apprehendere aliquam hereditatem, vel relictum sine licentia curie dicti castri. Et primo hereditatis predicte possessore [illegible] sub pena viginti quinque librarum den. puniatur [illegible] statuti. Et ipsa tenuta sit nulla nulliusque valoris et predicta non habeant locum in habitantibus in eadem domo cum illo qui relinquerit talem hereditatem vel relictum. [illegible] possidentibus ipsam hereditatem vel relictum.

De pena vendentium forensibus et solutione gabbelle cap.o 45.

Nulla persona de dicto castro vel aliunde habens [illegible] domum vel casalenum in dicto castro vel eius terr. audeat vel presumat vendere, donare, seu alienare, vel aliquo alio modo seu titulo in aliquem forensem dominium transferre [illegible] ad penam centum librarum den. [illegible] pene tenentur tam vendentes [illegible] ementes et dominium transferentes [illegible] [illegible] [illegible] et receptio sit nulla [illegible] statuti [illegible] castellanis dicti castri, [illegible] in predictis cum [illegible] de quibus [illegible] [illegible] vel [illegible] dicti [illegible] [illegible] poss. [illegible] vel [illegible] contractus [illegible] [illegible] quolibet [illegible] [illegible]

154

ipsius rei, ad dictam penam centum librarū den. Hoc autem statutum et contenta in eo mandamus perpetuo inviolabiliter observari.

De pena frangentis pacem cap.° 46

Nulla persona audeat vel presumat aliquam pacem factam vel fiendam cū aliquo vel aliquibus inimicis rumpere vel aliquo modo contra ipsam pacem venire vel facere ad penam quinquaginta librarū den. ultra penā comissi malefitij.

De pena incidentium vites vel arbores cap.° 47.

Persona aliqua non audeat vel presumat incidere aliquā vitem sive pergulam aut rumpere ad penā decem librarū den. pro qualibet vite sive pergula incisa et dampnū emendet patienti in duplum. si vero aliquam arborem fructiferam quis inciserit aut ruperit sive aliquo modo desiccaverit dicta pena puniatur. si vero nō fructiferā in quinque libris den. puniatur et in quolibet dictorum casuum dampnū patienti in duplum emendet.

De pena officialium dantium licentiam de tenutis cap.° 48.

Nullus officialis dicti castri possit nec valeat aliquo modo dare licentiam alicui persone intrandi in aliquā tenutam dicti cois ad penā vigintiquinque librarū den., nisi primo solverit cū effectu omne id quod tenetur pro dicta tenuta, et si dicta licentiā daretur non valeat. Sed possit puniri si quis intraverit ac si occupaverit bona dicti cois. liceat tamen semel tantū dicto coi dare licentiam pro quindecim diebus et non ultra. que licentia semel tantū concedi possit et nō ultra ad dictam penam

De cura non possit confinare excusatum cap.° 49.

Potestas neque vicarius dicti castri aut aliquis ipsorū nullatenus possit aut valeat confinare aliquā personam postquam se excusaverit et dederit fideiussorē secundum formā presentium statutorū. Nec aliquod genus tormenti adhibere in aliquo loco. Et si secus factum fuerit non valeat et nulla persona parere teneatur contra formam predictam.

De pena occidentium vel macagnantium bestiam alienam cap.° 50

Si que persona occiserit aliquam bestiam alienam cavallinam, mulinam, bovina seu asinina puniatur pena viginti quinque librarū den. si vero percusserit vel macagnaverit in medietate dicte pene puniatur. si vero aliquā aliam bestiam seu canem occiserit vel macagnaverit in libris quinque den. puniatur, et in quolibet dictorum casuum dampnū emendet patienti in duplum.

De pena forensium falcientium in montibus feni cap.° 51.

Forensis falcians in montibus feni dicti castri sine expressa licentia dicti cois puniatur pena decem librarū den. de facto et sine aliquo processu, et sine aliqua diminutione.

De pena ponentis tossicum cap.° 52.

